

~~EX BIBLIOTH.~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-15.

SIGNAT. c1515 CCCXIII.

Differet. theor. Vol. 35

einzelv. verzecht 4. III. 1915.



59

61

שׁ

SPECULUM

ΑΝΘΡΩΠΟΓΝΩΣΙΑΣ
ABRAHAMICUM
DISPUTATIONE PHILOLOGICA

ex

Gen. 18. v. 27.

EXHIBITUM.

Quod

PRÆSES

M. GOTTLIEB *Gefstein*/

Chmn. Misn. Alumn. Elect.

RESPONDENS

JOHANN MELCHIOR *Haselhun*/

S. S. Theol. Stud. Penicens. Misn.

Publicæ Eruditorum luci

exposuerunt

in

Collegio Vet.

ad diem XI. Decemb. M. DC. LXXIX.

Horis antemeridianis:

WITTEBERGÆ,

Typis JOH. BORCARDI Acad. Typog. excudebat SIMON Lieberhirt.



VIRO
SUMME REVERENDO, MAGNIFICO,
AMPLISSIMO ATQ; EXCELLENTISSIMO
DN. D. MARTINO
GEIERO,

Theologo consumatissimo, Potentissimoque Electori
Saxonie à Concionibus Aulicis primariis, Con-
fessionibus sacris & Consiliis Ecclesia-
sticis &c.

Dn. Patrono, studiorumque suorum
Promotori summo æternum de-
venerando,

DISPUTATIONEM HANC PHILOLOGICAM

cum
Voto semper duraturæ omnigenæque
salutis

in
Debita observantia Symbolum nec non ulteriore
commendationem

SACRAM ESSE JUBET

Cultor humillimus

P R A E S E S.



PRÆLOQVIVM.

Nunc, dum bac scribo, meos & ad hoc seculum, & ad meas
vires, oculos converto. Illud maxime eruditum, has ver-
itas nullas, vel admodum exiguae deprehendo. Latere proinde
satius esset, quam in publicam prodire lucem, cum illud labe
biocas apud Viros etiam magnos in precio fuerit. Verum et
nim verò quum me minimè fugiat illud omnium ore calamisq;
frequentarum dicterum: qui nunquam male, nunquam
bene, non possum, quin cursu suscepio viam ad ardua tenden-
sem ambularem. Tentandum, cum audentes fortuna juvet,
& virtus. An autem bac à me conscripta Disputatio sit
nulli vel placitura, vel profutura hanc facile quidem scio, sed
id tamen ingenuè affirmare possum nulli meum hoc institutum
defuturum. Nam cui non notum לא יוחטא
Et si non satisfecero multorum expectationi, saltē panceis hoc
institutum placeat! si que minus voto respondeat exitus, suffi-
ciat ille, qui meis studiis vel conatibus per DEI gratiam accedit
לעוזרתי חושה fructus uberrimus. Tu vero summe DEUS
להודות לשם קדשך להשתבח בטהלה:



CAPUT I. CRITICUM.

וְאֵת Est tertia pers. fut. masc. in kal, rad. וְאֵת. Prae-
gitur copula Vau, cuius usus sunt plurimi. Pro ~~et~~
legitur Gen. XVIIIX, 19. deut. XVII, 16, 17. Es. LIII. 26
Hos. IX. 4. Thren. I. 19. Pro ~~cum~~, *cumque*, præsertim si
geminetur, Gen. I. 2, 7, 22, 31. cap. II. 2, 7. cap. III. 1, 20, 21. Exod.
III. 20. Pro *conditionali particula* אִם in longiore præprimis pe-
riodo. Gen. 44. 22. וְעַזְבֶּת אֶת־אָבִיו וְסַתֵּה & relinqvet Patrem
suum & morietur, pro si reliqverit Patrem suum, tunc morietur.
Pro ~~in~~ *sue*, Exod. XXI. 15. An autem Jud. XI. 31. Vau per *sue*
interpretandum juxta R. Kimchi, aliorumve sententiam, adhuc
sub judice lis. Vid. Excell. Pfeif. Exercit. bibl. pag. 97. Inter-
dum abundat, ut Gen. XVII, 14. Exod. XII. 19. patet. Non po-
nitur pro בָּ, uti Kimchi in michlol. p. 15. col. 3. scribit, Es. 48:
v. 16. וְרוֹחָה idem esse ac בְּרוֹחָה statuens. Præcipui autem ex
his partim hîc recensitis, partim in Flac. Cl. Script. allatis, sunt
conversivus & *copulativus*. Qvomodo autem illa *conversio copu-*
latioq; fiat ex Gramm. palam est, nec opus hîc recensere. Notat
vero verbum וְיֻ alicujus ad alterum respectum in colloquio,
responso, qvæ verbo sit, vel re in cantu, seu exauditione, ut vi-
dere est in multis Script. locis. I. Sam. 9, 17. legitur pro *loqui* Jer. 23.
35. pro *colloqui*. v. 37. pro *respondere*. Job. 3. 2, c. 4. 1. pro *exordiri*
& *intermissum sermonem prosequi*. Exod. 32. 18. pro *clamare*. Deut.
19. 18. pro *testificari*, ψ. 14. 3, 7. ψ. 22. 21. pro *audire re vel verbū*.
ψ. 147. 7. pro *laudare* אֱלֹהִים, hinc Arab. עֲנֵי canere. Coh.
X. 19. pro *rependere*, reddere, compensare. Exod 15. 21. idem est ac
præciniuit & quidem in *lato cantu*. Moses enim per se solum singu-
los Cantici versus cecinit, populus autem ei ita respondit, ut pri-
mum duntaxat versum repeterent conf. I. Sam. 18. 7. c. 21. II. c. 29. 5.
Es. 13. 22. *Affligere* & *affigi* notat ψ. XVI. 10 Coh. I. 13. Hos. V. 5.

אָבָרָהָם) Est Nomen proprium Patriarchæ αὐλιτῶν, desum-
tum ex בָּן (qvæ vox h. l. Patrem, alias Authorem, Doctorem,
Principem, Herum, Præceptorem, Patronum, Avum &c. Signis-
ficit)

A 2



ficat) & **אֵלֹהֶיךָ** exelsum, hinc primum **אֵלֶּה** Pater excelsus, deinde interposito נ ex nomine נָמָת factum est **אֵלְהָה**, uti videre Gen. XVII. 5.

וַיֹּאמֶר) Est tertia pers. fut. in Kal. à rad. **אָמַר** dixit, peculiarem dicendi actum significat, mollemque vocis involvit significatum. Ps. XXXIII. 9. conf. Gen. 1. 3. notat jubere & imperare. Rabbinis nonnunquam idem ac **הַגִּירָה** qvod Aben Esra disertè ostendit, quando scribit: **אָמַר** לוּ כָל הַתּוֹכְחוֹת שְׁחַווּ בֵּין תְּהִשְׁבָּתָה h. e. retulit ipsi omnes increpationes, quibus reprehendit eum Dominus. Luculentum etiam hujus significationis Exemplum extat in N.T. Joh. XVII. 16. ubi haec verba: Petrus stabat ad ostium foris: exiit ergo discipulus alius **καὶ εἶπε τῷ** θυρωρῷ **τοῦ στόν γαγε πέτρον** & dixit ostiarie & introduxit Petrum, h. e. retulit illi Petrum stare praeforibus. Cum ad cor referatur significat cogitare, statuere apud se vide ψ. II. 7.

וְנִזְמָה) Prius est particula notans Ecce, & idem ac Græcorum ἵδε & ἵδη, qvod interdum ponitur ad attentionem excitandam ex rei cuiusdam novitate. Alterum נִזְמָה etiam particula postpositiva, uti **אֲנוֹה** præpositiva. Radix non est נִזְמָה, uti Elias Hutterus in Editione bibliorum statuit, sed est primitiva vide D. Pfeif. introd. in Orient. pag. 91. Notat autem non minus **מִתְחַדֵּה** Conf. Cant. III. 2. quam **q̄eso**. Qualis significatio hoc in loco infra audiemus.

חוֹאַלְתִּי) Est prima pers. in hiph. rad. si esset, facienda נִזְמָה: sed notum ex Lexic. verbum hoc non nisi in Niph. & hiph. usitatum esse. Illic notat sultè agere, hic velle, acquiescere, desiderare, resolvere, parare, incipere &c. Requirit insuper ferme semper verbum, uti & h. l. observare licet. Hinc etiam נִזְמָה nomen Prophetæ, qui in V. T. concionatus legitur. Ut enim omnes Prophetæ in V. T. Ebræi, ita etiam eorum nomina linguae sanctæ originem debent.

לְדָבֵר) Est infinit. piel cum insepar. partic. לְ, rad. significans primò logri, deinde perdere 2. Paralip. XXII. 10. Et licet haec significatio magnam moveri posset Quæstionem, an nempe ex discrepantia locorum concludendum, unum necessariò

farid esse corruptum ? cum in ead. historia 2. Reg. XI. i. pro
וְתַדְבֵּר legatur. Verum mittimus eam, cum nostri mis-
simè instituti , & respondemus cum magno quodam Viro : non
semper ad voces, sed ad sensum esse respiciendum. Placuit Spi-
ritui S. hic ista alibi aliâ uti voce. Pro suadere sumitur Prov.
XXIV. 2. ihre Lippen rathen zu Unglück vertit B. Lutherus. Tan-
dem notat etiam consolari, quando nempe in sacris præpositio עַל
cum nomine לְבָב subjungitur. Ex. gr. Gen. 34. 3. de Sichemo He-
moris Hevæ filio legitur, postquam Dinæ Jacobi Patriarchæ filia
stuprum obtulerat, וַיַּרְבֶּר עַל—לְבָב הַנְּعָר (הַנְּעָרָה) alias &
locutus est ad cor puellæ, quæ verba Targum Onkel. vertit וּמְלָל
עַל—לְבָבָא תְּחִזְקִין & locutus est ad cor puellæ consolationes.
Trag. Jonath. וּמְלָל פִּזּוֹתִין & locutus est
persuasiones ad cor puellæ. De reliquis in Scriptoræ S. locis idem
est judicium. Vide Fess. Advers. sac. lib. 1. cap. 8.

אֱלֹהִים partic. h. l. nota Accus. alias varie in Scriptura sumitur,
conf. lexic. An Rad. cum Schindl. pag. 76. & El. Huttero, qui in
Editione sua bibliorū in gratiam, ut videtur, iugantia fratum li-
teras radic. absentes restituit, facienda אלהים, quod & Kimchi putat,
vide Excell. D. Pfeif. l. c.

אָדָן] Est nomen DEI proprium, ut infra audiemus. Jo-
hannes Först. in lex. Ebr. derivat hoc nomen à rad. אָדָן vel אָדָם ju-
dicare, ita ut inferat potestatem & Authoritatem DEI non minus
in pronunciandis justis judiciis, quam in iis potenter re ipsa exe-
quendis, verum non est, ut eò recurramus, cum melius sit deduce-
re à voce אָדָן, quæ ab אָדָן (cujus rad. in usitata אָדָם juxta R.
Mardochai Nathan Autorem Concordiarum Hebraicarum)
basis, fulcimentum, sustentaculum, originem trahit, & communis
Creatori & Creaturis rationalibus. Illi quidem πρώτως. His,
angelis scilicet bonis & hominibus, δευτέρως. Illi partim γόνιμοι
δῶς, partim υποστηκάως, quatenus secundæ Deitatis personæ & qui-
dem λόγῳ incarnando, seu Messiæ peculiariter tribuitur. His vel
ratione honoris ac reverentiae, quomodo, ut Senecæ verbis utar,
obvios, si nomen non succurrat, Dominos salutamus, vel ratione
Deo.



Dominis se potentia. Uti ex Scriptura dictis haud difficile quilibet
videre potest.

[אַנְכִי] Est pronomen prim. pers. alias נָאָנָה & אָנָה ego. Nos-
tus autem hic Nominativus eum Vau junctus idem ac Latinorū de-
me, de me autem; vel plenē, me qvod attinet, qvod me spectat.
Vide Thes. Gram. Buxt. l. 2. c. 10. pag 432.

[עֲפָר] Est nomen abs. sing. masc. rad. ex Arabismo petenda,
ubi קָפָר in pulvere volutavit, cum in Hebr: tantum adhuc in-
piel usitata. Notat autem hæc vox pulverem, minimè terram, ut
caput secundum docebit.

[אַפְרָה] Est quoq; nomen sing. masc. cum Præf. qvod idem
h. l. ac & Radix iterum ex Arabismo deducenda. Et licet non in-
commodè dices radicem esse hīc צָפָר transgressus
est, transiit, cucurrit, quæ cineri non sunt inimica, hinc
צָפָרָה turba, cōtus, confusio, miscella, non
negandum tamen radicem eandem vocabulum hoc agnoscere
cum præcedente עֲפָר siqvidē non raro Synonyma esse hæc duo le-
genti biblia satis constat conf. Magnif. D. Mast. Geie. de luctu E-
briorum Cap. 18. § 3. pag. 326. Significat a. hæc vox pulverem, in
qvem redigitur materia justa, uti est ex. gr. אַפְרָה cinis
de baccarufa Num. 19. 9. de Idolis Es. 44. 20. de ligno i. Reg. 20. 38.
qvo in loco Rabbini pro אַפְרָה volunt legere צָפָר tegulum, alias
in deformatione faciei adhibitum conf. i. Reg. 14. 2. c. 22. 30. Ve-
rum hæc sententia minimè cum Prophetæ vulneratione coincidit,
quæ v. præced. assertur & ipsum deformationis actum antecedit.
De hominum cinere Molocho oblatorum, Jerem. 31. v. 40. conf. Ps.
CVI. 37. Jer. VII. 31. XIX. 5. Ezech. XVI. 20. 21. XXIII. 37. 39. qvod
sacrificium liber sapientiae vocat τεκνοφόνας τελετὰς cap. XIV.
26. conf. cap. XII. 5. 6. Vallis, in qvo ejusmodi peragebantur, vo-
cabatur בֵּן־חַנְבֶּס & הַפְתָּה sive qvod ibi
קָרְלָן, sive qvod Molochi Sacerdotes verba, felis-
sem exitum significantia, pueris acclamarent dicentes: יְהֹנָה לְךָ erit



est tibi saluti. קְרָבֵנִי qvia tympanis tantos strepitus excitarunt et
ne quidem Puerorum, in brachiis Molochi igneis repositorum, la-
mentationes à Parentib⁹ audiri ac percipi potuerint, uti R. Kimchi
observat, conf. B. Lutheri Marginalia in Jerm, cap. 7 v. 31. Reliqua
loca, ubi de cinere agitur, iubens prætereo, cum haut difficile ex-
Concordantiis ead. colligere.

CAPUT II. SYNCRITICUM.

¶ Ap. I. audivimus hoc verbum multas admittere signifi-
cationes. Hoc in loco autem idem esse ac prosequi
intermissum sermonem, alterius quasi cogitationibus re-
spondere extra dubium est. Abraham enim tunc temporis non
cenebatur responsionem dare, sed potius petita sua apud Domi-
num ex ponere, cum omnia à Domino responsione gratissimā di-
gnata. Nec contrarium Versiones suadent. Omnes enim opti-
mè inter se convenient, petitoque nostro satisfaciunt. Qvod at-
tinget præprimis Vers. LXX. ut & Junii & Tremellii dicendum
easd. optimè Textui originali respondere. Illa habet καὶ ἀπο-
ρεῖταις & respondens. Jam notum est verbum ἀποκρίνεσθαι in N. T.
sæpius ponit pro respondere, etiam si nulla præcedat interroga-
tio uti videre Act. V. 8. Apoc. VII. v. 13. Hi posuerunt verbum
subjicere. Sic enim verterunt: *Abraham vero subjecit*, hoc est pro-
posuit de novo aliquid comprehensumque indicavit. Hinc Cicero
ad Her. 39. a. subjeci, hoc est proposui, rem sub aspectu omnium.
Reliqvas non est, ut proponamus, cum in omnibus, quæ quidem
haberi potuerunt, res eodem recidat. Vau h. l. convertit, facien-
do ex fut. mediante + & dag. f. Præteritum, ut notum ex Gram-
maticis.

אַבְרָהָם Targ. Onkelos, Junius, Tremellius, ut & Vul-
gata retinuerunt idem nomen cum Text. Orig. Pariter & Syrus.
nisi quod ex genio lingue utramque vocalem (r) mutarit in (o).
Arabs: habet Ebraimo. Estque apud eundem ejusmodi nomen
quod



quod ab illis inter invariabilis, ab Gvadagnolo inter irrevolu-
bilis refertur, rectiusque facit per (o) obliquum per (a) ut
autem Abrahamum illum, quem DEUS ex Chaldaea vocavit,
intelligamus, non est, ut aliquid in medium proferamus, cum
id satis sacra pagina nobis declareret.

וְאָמַר) Verbum hoc idem esse ac dicere hoc in loco o-
mnes ostendunt versiones sive enim reddamus cum Authore
Vers. græc. εἶπε, sive cum Paraph. Chald. וְאָמַר sive cum Au-
thore Vers. Syr. sive cum Auth. Vers. Arab: sive cum aliis,
res eod redit. Vnu h. i. utrumque respicit: & copulat & con-
vertit.

חִנְהָרֶנֶא) Vulgata hæc duo vocabula per quia semel redi-
didit. Targum Onk. per הָא—כֹעַ Ecce nunc, id quod se-
cuta Vers. samarit, nec non Junius & Tremellius. LXX. ha-
bet נָוָר. Syrus & Arabs verterunt per Ecce. An autem נָא
in Script. S. & sic etiam h. I. per quæso, ut Lutherus vertit ach!
ae per nunc exponenda? adhuc sub judice lis est. Versiones
paulo ante citatas, ut & Aben Esram secuturi priorem signifi-
cationem planè exploderemus, sicut enim scribit: כִּבְרָ
הַתְּהִלְשֵׁתִי כִּי כָל נָא בְּמִקְרָא כְּמוֹ עַתָּה
i.e. est pridem exposui, omne נָא in S. codice idem valere atque עַתָּה, cui & cal-
culum addit R. D. Kimchi in lib: Rad. scribens: omne נָא
ubivis idem sonare ac עַתָּה. Verum enim vero cum juxta R.
Salomon, aliosvè נָא etiam sit לְשׁוֹן בְּקַשְׁה formula ob-
secrantis & per Aphærisin idem ac אֲנָה facile utrumque h. in
I. quis affirmare potest. Sensus manet sanus sive per quæso
cum B. Luthero, qui sine dubio ad intercessionem Abrahami
seriam DEOque summo factam respergit, sive per nunc cum a-
liis exponamus.

הַוְאַלְתִּי לְרַבְּרַ
אַסְנִיתִי לְטַלְלָא) cœpilogi sic plerique. Et licet nonnullæ Ver-
siones, (ut sunt Paraph. Chald. vertens per אֲנָה facilè utrumque h. in
multū locatus sum. Arab: per proximi sermonem, redi-
dens.



dens. Junii & Tremellii, Vatabi, Munster, quatuor ista per euperem allegvi, illa ausus fui, hæc complacuit mibi Textum originis expressit. (Quam ultimam etiam Rabb. omnes amplectuntur) paululum recedant, optimæ tamen interpretatio erit, quando nos cum B. Luthero, qui versit: ich habe mich unterwunden, aliisque statuimus Abrahamum hoc in loco voluisse dicere: volui seu placuit mihi loqui, etiamsi (Lutherus wie wohl ich) pulvis & cinis sim. Vide eand. hujus verbi significationem Jos. 17. 12. Jud. 17. 11.

אָרְנִי) prius vocabulum h. l. idem esse ac אָנֵי nominati accusativi supra cap. i. ostensum, nec opus reliquias Versiones adscribere, cum omnes optimè sibi respondeant. Alteram vocem quod attinet dicimus per illam nullo modo nudum hominem, sed DEUM ipsum & quidem h. in loco secundam Deitatis personam Filium nempe D E I, quis apissime in assumto corpore incarnationis sue præludere voluit, intelligi, uti postea in cap. ultimo evincere conabor, hinc non opus erat bis eostam apponere.

וְאַנְפִּי) Hoc pronomen cum suo וְ au nullum nobis patet dubium, cum non minus Versiones inter se conveniant, quam significatio, cap. i. data, hue optimè quadret.

עֶפֶר) pulverem intellexisse Abrahamum satis superque Versiones plerique injungunt. LXX. Interp. cum quibus & D. Lutherus facit, nimis liberè adhibuisse vocem γει qui libet facile videt, cum γει non pulverem, sed totum hoc universum in primis significet. Melius itaque fecissent, si voce χάστα, χάσταμα, γηλός, κονία usi essent, uti in aliis locis fecerent. Qvis enim nescit ap. Hebreos talem observari ordinem, ut תְּבָל illis terra culta & habitabilis, תְּרָמָה term more suo compacta adhue aut succentaria, conf. i. Satn. IV. 12. עֶפֶר term prorsus arefacta, minima, tenuis, minutissima à vento facta, dilebilis, ut ex multis Script. S. dictis patet, conf. si lubet, Gen.



Gen. III. 19. deut XXIX. 24. IX. 21. 2. Reg. XXIII. 6. Iev. XIV.
41. Num. V. 17. &c.

הָרָן) h̄ic iterum nobis non multūm in hujus voeis significatione desudandum, Versiones fermè omnes verterunt per *cinerem* nec falsò, cum Abraham revera illum intellexit, uti cap. ultimo palam erit.

CAPUT III. PROBLEMATICUM.

Q. I.

An per Nomen אֶלְעָנִי hōc locō Filius
DEI intelligendus?

Vocem אֶלְעָנִי, si kametz in fine non est ex patach ob accentum, sed nativum, nec jod suffixum, sed formativum, esse nomen æque ac Jehovah solius DEI proprium, nec ulli Creaturæ vel fictio DEO communicabile, non est, ut multis probemus. Siquidem illud non solùm 135, vel ut Masora vult 134. vicibus, de DEO vero summoque in Scriptura S. ad ductum, sed agnoscere insuper illud pro nomine proprio non minus inter Judæos Onkel, qui ubique (uti & hōc l.) nomen יְהוָה pro eo habet, & R. D. Kimchi אֶלְעָנִי, dicens, citante Sixto Senensi lib. 5. bibl. annot. 100. quoties scribitur cum kametz, honoris, & excellentiæ causâ DEO tribuitur, quam à Photinianis (a) Socinus & (b) Crellius.

Et licet quis dicat, se facile quidem posse concedere, nomen אֶלְעָנִי cum (τ) infine eodemque nativo esse soli DEO proprium, verum questionem h̄ic esse, an hoc in loco Deum, & non potius omnes tres comites, Abraham in Mamre aparentes, respiciat, sitque nomen plurale? nihil tamen evincet; cum nos non minus Textus & Versiones, quam Judæi

(a) in expl.
dicti §. 67.
v. 18. cont.
Wickium.

(b) l. i. c. 10.
de attribu.
tio, pref.
lib. Job.
Volkelij de
vera Relig.



contrarium doceant. Qui enim in Textu partim seipsum vocat Jehovah (qvæ vox sine dubio רְמִיּוֹתָה) partim à Mose eodem tetragrammato insignitur, est Philoni: qui verè est, Rabb. Josuæ Filio Levi: Dominus DEUS omnipotens. Jam his observatis ostendam intelligi Filium DEI. Et ne falcam adeò nimis in alienam messiem mississe videret, Cabalistas consulere, Textuique huic applicare animus. Laudant illi hanc vocem, quod sit יהשֵׁה הַרְאָשָׁה nomen proprium, sine quo nulla alia detur via videndi faciem Regis, nullaque alia ratio conjungic cum Jehovah: imò dicunt nullas orationes, precatio[n]es & deprecationes incipiendas esse sine hoc nomine. Qvæ omnia, uti in aliis, ita etiam in hoc Textu ad Messiam applicanda veniunt. Abraham sanè sciebat in semine benedictio omnes gentes esse accepturas salutem; hinc se non ad DEUM Patrem, ob peccata iratum, sed ad Messiam, nos minus futurum Redemptorem, qvam universæ terræ judicem convertit, quando pro qvinque illis civitatibus orationem suscipit, sperans se facile urbium liberationem, gratiâ Messiae inventâ, impetraturom fore. Dicta ex N. T. hanc rem satis probantia, non adducam, cum ad illa suam sententiam revocasse sufficiat.

Q. II.

Quid Abraham per verba

וְאַנְכִּי עֹבֵר יָאָפֶר

intellexerit?

NE simus prolixî duorum tantum doctorum Virorum sententias, satis mentem Abrahā explicaturas, in medium proferre animus. Abraham, ait Chrysostomus, eximus ille totius Græciz Doctor, fuit magnus summoque honore dignus, verum in comparatione aliorum mortalium. Quando au-



do autem DEUM respexit, facile agnoscit se esse ratione origi-
nis pulverem, ratione interitus cinerem. Homo enim, ini-
tiò creationis formatus de pulvere terræ, post lapsum in cine-
rem revertendus à DEO dicitur. Qualis ergo Origo homini
primùm creato, talem etiam post mortem caro nostra habet
statum. Huic sententiæ non contrariatur alter nobis citandus
Franciscus nempe Georgius Venerus super Gen. sic inqviens:
cum dicit Abraham, loquens cum Domino, ego sum cinis &
pulvis, profert ne illa verba ad indicandam humilitatem sive
profert aliquid mysterium? Quando enim pulvis & cinis in-
ter se miscentur, cum quilibet viderit, melius fuisse mistionem
harum rerum nunquam instituisse, quia scilicet una res alte-
ram perdit. Sive vocat se pulverem in respectu ad ejus origi-
nem, & cinerem, quia corpus ejus igni purgandum? Quam
ultimam sententiam, prioribus facile concessis, nemo no-
strum assumet, cum per purgationem igni efficiendam nihil a-
liud intelligat, quam factum Pontificiorum purgatorium, uti
ex Theologicis luculenter patet. Videmus itaque Abramum
respectu pulveris ad suam originem, respectu cineris ad la-
psum primorum Parentum respexit, qui effecit, ut omnes ho-
mines, si DEUS ex merito voluisset cum illis agere, instar pul-
veris & cineris fuissent removendi.

Q. III.

Coronidis loco adducta,

Quid

Scilicet significet manducare,

cinerem tanquam panem?

PAnem antiquitus tam apud Græcos, quam Latinos sub el-
lere calido fuisse confectum, probat non tantum Atheneus in VI. suorum. Διηπιστωφ. c. XXXV., speciem panis vo-



cans ἄρτον σποδίτην & ἔγκυροφίαν, qvia scilicet Τῇ Θερμο-
σποδίᾳ ἔγκυπτελαι sub cinere fervido coctus atqve præpara-
tus fuit, sed confirmat etiam hoc Seneca Epist. 90. ubi sic scri-
bit: Tunc farinam aquā sparsit, & assiduā tractatione perdo-
muit, finxitqve panem, qvem primò cias calidus & fervens
texta percoxit. Volumus huncce ritum Ebræis quoqve ad-
scribere, haut difficile erit sensum verborum exprimere. Si
enim eodem modō panis sub cinere debuit coquvi, facilè eve-
nire potuit, ut cum pane simul & cinis, illi inhærens, absun-
dus fuerit. Qvam tamen sententiam, licet facilè defendi pos-
set, ego nemini obtrudere volo, sed afferam Magist. D. Geie.
sententiam, qvam in lib. de luctu Ebræorum pag. 226. §. 5.
approbavit dicens: qvia lugentes non modo cinerem capitū
injocerunt, sed etiam in illo sese volutarunt, facilè fieri po-
tuit, ut cinerem vestitui & manibus, qvas illotas gerebant, ad-
hærentem simul cum pane manducarent. Confer, si placet,
Excell: D. Andr. Sennert. LL. OO. PP. Acad. Senioreto Hospi-
tem meum multis nominibus devenerandum, qvi in Expli-
cat. ψ. pœnit. V. v. 10. non tantum suam satis aptam, sed etiam
aliorum sententiā luculenter & perspicuè proposuit atq; tra-
didit. Sed manum de tabula, Censor adest, qvem o-
ptamus, imò & speramus, æqvissimum.

Nil nisi pulvis erat qvondam formandus
ADAMUS,

*Pulvere de terræ svavis Imago DEI.
Sed cinis est factus post culpe maxima dam-
na,*

In cineres mortis nunc abit omnis homo.

Cre-



Credentis Populi Pater hoc testatus *Abra-*
mus,

Dum coram terræ judice staret inops.

Sic cinis & pulvis sumus omnes, atq; mane-
mus

Pulveris & cineris nomina monstrat Ho-
mo.

Talia Tu Doctis, Thesibus, PRÆCLARE
MAGISTER

Monstras, & Textus Viscera plena notas.
Perge piis ausis benedicit Summus JOVA
Atq; Patrocinium præstat ubiq; Favor!

Felioris ominis ergo

JOHANNES Deutschmann/D.

Dum scandis cathedram nec non certa-
mina docta

Agrederis; precor ut commoda mul-
ta ferant.

*festinante calamo
Clariss. Dn. Präfidi Convict. & Amico
svarissimo bac scribebat*

*M. JOH. FRIDER. Schulze/
O. P. A.*



Hoc juvat in studiis nullos tardare labores,
Ut citò sat veniat, quod cupiunt merita.
Quem fugit ex Patribus conscriptis cursus & ab imis
Per varias sortes querere celsa studies.
Non ruis, ut multi, per Pulpita cuncta repente;
Sed tardè clarus *Præses* & ipse cluis.
I facilis *Musis!* propera producere plures
Per mundum fructus; Hoc mea vota volunt!

B. O. E.

Clarissimo atq[ue] longe Humanis. Dn. Presidio,
Fautor Comm. atq[ue] Amico suo
estimantis.

M. JOH. WOLFIUS.

F. P. A.

Doctrina & pietas in Te conjuncta, probantur
Cunctis, nec nostro carmine, Fautor, egent.
Hinc pergas saltem, ecce pergis, dignaque tandem
Doctrina & pietas præmia rite ferent.

Clarissimo Dn. M. Eksteinio, Fautor & Con-
victoris suo singulariter dilecto, boni
omnis ergo

scr.

M. GEORGIUS Schwarke,
Greifswaldia Pomeran.



Aug VI 15

ULB Halle
003 865 746

3



Sb.

Rutho


TD 17

KD 18

E



Farbkarte #13



59 61.

LUM
ENΩΣΙΑΣ
MICUM
PHILOLOGICA
v. 27.
TUM.
D
ES
IEB Eckestein/
Alumn. Elect.
IDENS
CHIOR Haselhun/
Penicens. Misn.
itorum luci
erunt
VET.
M. DC. LXXIX.
meridianis:
BERGÆ,
pog. excudebat SIMON Lieberhirt.